Scriverà ora succintamente e con stile disadorno, attendendo un'occasione più favorevole per mantenere la parola data.

È sano, studia, sebbene non così diligentemente come vorrebbe; ed ha molti desideri che non può appagare.

Sollecita l'amico di comunicargli i casi suoi.

Gli dà buone notizie di Giovanni da Bologna, e si raccomanda.

impendam quod debeo, sed variis quibusdam cogitatibus[a] et me graviter torquentibus continue sum intentus. usitatum tamen morem non deseram. scribam tibi, sed breviter[b] et succincte, atque eo sermone qualis ex precipitanti[c] ore progreditur; nec polliceri quidem quod solitus[d] sum desinam, arbitratus quod presentem litterarum mearum brevitatem et ineptiam futura promissa debeat commoditas excusare. nunc itaque id tibi ex me nosse[e] satis esse puto: sospes valeo, studiis meis non eque ferventer, ut vellem, intentus, et plurimorum votorum meorum, quod te intelligere credo, impos. sed quid de te, quid de familia, quid de rerum[f] successibus sit, nunquam per litteras tuas scire potui. hortor et obsecro ut michi scribas et tibi persuadeas me tuum esse[g]. magister Iohannes noster sanus est et studiis solertissime insudat. tu sis felix, longumque vale meique memento. Petruspaulus Vergerius.

X.

Lo stesso ad Ugo da Ferrara[1].

[Gu, n. 13].

Prestantissimo oratori domino Ugoni de Ferraria phisico notissimo ibidem.

Bologna, 1388–90 (?)

Si duole del silenzio che Ugo serba con lui.

Extorquere nondum a te potui, amice karissime, ut michi aliquid scriberes, ferventer quidem sed incaute forte tecum agens, quod hoc a te tanto nisu, tam quidem avide, deposcebam. si enim me

(a) *B C Go P* cogitationibus (b) *B C P* tibi et breviter (c) *B* principianti *mano più tarda aggiunse una* t *sopra il rigo.* (d) *P* quidem quo solitus (e) *P* itaque ex me id tibi nośce (f) *P* deque rerum (g) *Dopo* tuum esse *manca il resto in B C Go P P aggiunge* Vale

(1) Intorno ad Ugo da Ferrara, al quale il V. dettò pure le epist. XI–XIII, XVII, XXII e XXIIII, niun documento abbiamo trovato nè a Padova nè a Ferrara, ma forse egli non sarà sconosciuto alle carte Estensi del R. Archivio di Stato a Modena, delle quali però non ci fu possibile aver notizia. Se questa serie di lettere fu, come dal loro contenuto è naturale supporre, dettata entro un periodo di non più di due anni, si può ben affermare che